



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXXVI. De Militia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

CAP. XXXIV.
Meum. Tuum.

Axioma I.

In meo ad commodum & utilitatem meam quodlibet mihi facere licet. *l. altius 8. C. de servit. l. 1. §. denique 12. ff. de aq. plu. arc. gloss. in cap. cum Ecclesia Volterana extr. de elect. gloss. in cap. nisi speciali de auctor. & usu pall. in tantum, ut si quid velim principaliter mihi prodesse, liceat in loco meo facere, quamvis alias per consequentiam noceat. l. Proculus 26. de damn. infect. Possum enim in meo, quod non possum in alieno. l. quemadmodum 29. §. 1. & ibi Bald. ff. ad L. Aquil. Innoc. Patr. de Anchar. Panorm. in cap. 1. de immunit. Eccles. Nicolaus Everhard. in Topic. loc. à Loc. ad Personas. Conf. Arg. 1. conf. 88. num. 18. De alienis enim dicit regula: Quod tuum non est, scire debes ad alium omnibus modis pertinere debere. *l. ult. C. unde vi. vid. l. 9. C. de Judeis. & infr. lib. XXXVII. c. sua. unde etiam eum, qui errantem bovem abduxerit, pro fure judicavit. Ulpian. in l. 1. §. 1. ff. de abig.**

II.

MEUM quod est, amplius meum fieri non potest, *l. si rem meam 31. ff. de verbor. oblig. l. proprias 13. C. de legat. §. 1. Instit. de inutil. stipul. l. 4. §. 1. ff. de acquir. possess. §. si cui fundus 9. §. sed si rem legatarii 10. Instit. de legat. ubi Richard. num. 2. §. sic itaque. 13. Instit. de actionib. cap. inter dilectos 6. de fide instrum. Bertazol. de clausulis instrum. claus. 19. gloss. 2. num. 9. Surd. conf. 305. n. 56. Joseph. Sella Aragonie dec. 46. n. 23. & 24. & decis. 87. num. 3. [qui enim semel Dominus est, non potest fieri amplius dominus. l. sequitur 4. §. lana 19. ff. de usucap. & hoc pro regula tradit Socin. in tract. fallentiar. regul. 100. ubi §. modis limitat. Et hac ratione dicitur quod res propria pignori non possit. l. si rem alienam 41. ff. de pign. act. neque constituatur in re propria usufructus. l. uti frui 5. in pr. ff. si usus fr. pet. Jason. in §. eque in 10. col. n. 50. Instit. de act. nec res propria alicui serviat. l. quicquid 10. cum similibus. ff. comm. prad. vid. Card. Tusch. pract. concl. tom. 5. lit. M. conclus. 226. per totam. ubi n. 4. post Abb. conf. 3. n. 1. lib. 2. limitat, quando res mea non esset perfecte mea, veluti si ex donato non sequuta traditione, quia non sum adhuc dominus, potest mihi ex testamento legari, vel ex institutione, qua dominium transit ex ultima voluntate. [atque sic in re quavis mihi debita.] Licet enim ea largo modo mea dicatur; propriè tamen debitum non dicitur meum. gloss. in pr. inst. de action. quam declarat & sequitur Rom. in conf. 201. pro decisione presentis. & conf. 195. in casu premissis. cum aliud sit suum; aliud debitum, ut not. gloss. in*

clem. auditor. in verbo debitum. de rescript. quam ibi multum commendat & ornat pluribus similibus Barbat. & reasumit Dec. in conf. 300. visa petitione. col. 1. p. 2. add. & Felin. in cap. Rudolphus 14. col. de rescript. Ludovic. Gomez. ad §. sic itaque Inst. de action. num. 13.

Ubi limitat regulam hanc ulterius, quod procedat 1. de dominio quod vindicari potest, quia propriè meum dicitur, secus si non potest vindicari. 2. quando quis haberet dominium de jure communi, secus si de speciali. 3. verificetur in dominio, quod semel acquisitum non potest rursus acquiri, secus in possessione, quæ ex pluribus causis mea fieri potest. *Addibe tract. nostrum de alienatione, cap. 80. p. 401. 409. 444. & seqq.*

CAP. XXXV.

De Migratione ejusque Censu.

Axioma I.

In resignatione domicilii debetur pretium migrationis, vulgò *Nachfrist*, quò soluto non amplius quis tenetur ad onera civitatis, à quà recessit. *Wehn. in obs. pract. verb. Nachsteuer.*

II.

Clientes clientelæ renunciantes non tenentur protectoribus suis jura migrationis solvere. *Mager. de advoc. cap. 10. num. 192.*

III.

Emigrare aliò è ditione illà, in quà religionis suæ exercitium publicè alicui non conceditur, cum familià suà, citra infamiam cuius licet, salvo tamen eo, quod pro servili conditione vel discessu Magistratui pro consuetudine ejusque loci dependendum est, die *Nachsteuer*. *Arum. Jus publ. Vol. 2. p. 261. 265. & 343. Myler. ab Ehenbach. de princip. & stat. imp. pag. 724. num. 5. seq. quamvis migrantibus ob religionem nihil detrahendum putet Eberhart. à Weihe in penicillo fæder. Lib. 2. pag. 57. n. 71.*

CAP. XXXVI.

De Militia.

Axioma I.

Militia verè est dignitas, *l. inter alias 12. C. de Palatin. lib. 12.* Militia enim & decurionatus æquiparantur, præsertim quoad honores *l. veteranis 3. ff. de privileg. veteran. & decurionatus esse dignitatem patet ex l. fin. ff. de decur. l. pueri 6. in princ. eod.* Unde etiam refertur inter species honoris, *l. quamvis 51. in princ. C. de decur. lib. 10. l. 3. C. de re milit. arg. l. 8. in princ. ff. de Excus. tur. & vocatur exercitium nobile, Francisc. Bursat. conf. 62. n. 25. lib. 1. Nolden. de stat. nobil. cap. 3. num. 27. repræsentat publicum*

cum decus ac publicam honestatem etiam in humiliori gradu. *l. colonos 19. C. de Agricol. & quilibet titulus honorarius etiam sine aliqua potestate & jurisdictione dignitas dicitur. l. fin. C. de dignit. l. fin. C. ut dign. ordin. serv. text. in cap. accessissent 8. extr. de constitut. Sic etiam quia militia sit ordo. l. his quidem 5. ubi gloss. in verb. ordines. C. qui milit. poss. ordo autem militaris nuncupetur dignitas, ut in rubr. de Equest. dignit. juncta l. nuper. 42. ff. de donat. inter vir. l. 2. §. post hunc 47. ff. de or. jur. non male dixeris & militiam dignitatem esse, quia in jure à privatis personis distinguuntur, Nov. 8. cap. volumus, & Novell. 33. cum enim privati dicantur omnes illi, qui non sunt in dignitate aliqua constituti, secundum Gloss. in cap. privilegia in vers. privatorum. distinct. 3. per textum in cap. qui contra 24. q. 1. consequens erit dicere & eos, argum. ducto à contrario sensu, in dignitate constitutos esse, l. etsi contra 35. ff. de vulg. substit. pr. Inst. de his qui sui vel alien. jur. Everhard, in loc. a contrariis. n. 1. Quapropter quod à quibusdam infertur militiam dignitatem non esse, ut volunt Bart. per l. fin. Cod. qui milit. non poss. l. fin. C. de jurisd. id intelligendum erit de primis quatuor gradibus dignitatis à jure potissimum consideratis, quos refert post gl. in §. cum qua. Inst. in proem. Inst. Lucas de Pen. in rub. in fin. C. de dignit. ubi vide.*

II.

Militia armata cum inermi equiparatur, ita quod dispositum est in Doctore, censeatur esse etiam dispositum in milite. gloss. sing. secundum Petrum Ancharan. in cap. si postquam. §. fin. de Elect. in 6. fac. gloss. in clem. Abbates de rescript. Jason. in §. ex maleficiis. ff. de inst. act. n. 39. quia sicut arma & leges fraternizant, ita arma legibus & hæ illis indigent, ut in proem. inst. ibi quæ gl.

III.

Miles arma magis quam jura scire debet. l. ult. in princ. C. de jur. delib. Ungepaur. de jur. & fact. ignorant. l. milites 31. C. locati. Auth. quibus mod. nat. efficiantur legitimi. cap. si quis. 6. Nov. 87.

IV.

Militem non facit sola electio, sed receptio in numerum. Bald. in l. ex eo. ff. de milit. testam. & ibi Odofred. Cuman. in princip. vers. i. vid. Farin. i. cons. 4. n. 9.

V.

Milites à muneribus personalibus sunt exempti, nisi in eorum fraudem nomen militiae deriderint. l. 4. §. fin. ff. de muner. vel magis sint venatores quam milites. l. 6. C. de Excus. muner. Perez. ibid. n. 5. ut & Veterani, qui 20. annos sub legione vel vexillatione militaverunt perpetuo l. fin. C. de his qui non implet. stipend. qui autem sub cohorte vel in vigiliis militarunt, aliisque ad breve tempus l. un. C. de his qui a princip. vacat. ignominiose dimissi planè non. l. 26. de testam. milit. Perez. C. de his qui non implet. stipend. n. 3. seqq. Veterani denique non coguntur ultra portas presidibus occurrere,

unam domum ab hospitatione immunem habent &c. l. 1. C. quib. muner. excus.

VI.

Non omnia, quæ à militibus acquiruntur, sunt castrensis peculii, sed ea tantum quæ contemplatione militiae acquirunt filiifamil. Brunem. C. de castrenf. omn. Palatin.

VII.

Imperium in milites ordinarii legibus solum est, hinc à Duce sine solenniis in eos statuitur. res militaris enim moram non patitur. Perez. C. de divers. officii n. 17.

VIII.

Ex pascuis publicis congrua loca assignari debent militibus ad alendos militares equos, ne pascua publica & rei privatae principis devastent. Quod si milites hoc fecerint, vel etiam alii privatorum prata devastent, delinquentes duodecim libras auri pendunt vel ex stipendiis sibi detrahi pariantur l. 2. C. de pasc. publ. Perez. C. eod. n. 4. Milites enim debent contenti esse stipendiis.

Limita: nisi belli urgeat necessitas, tunc enim militibus loca viciniore suis stationibus sunt communia, Perez. d. l. n. 5.

IX.

Miles præsumitur in dubio in peculii castrensis causam pecuniam accipere. Brunem. C. de castrenf. pecul. col. 2. in fin.

X.

Militares causæ in tantum favorabiles sunt, ut quæstoris annonam militarem curantibus vel stipendia solventis uxor in subsidium dotem. Filco cedere & liberi licet ab hereditate absterentes de suo satisfacere teneantur l. 3. 4. C. de Princip. Perez. C. eod. n. 6. 7.

XI.

Primipilarii cohortales ex sua provinciâ aliò litis causâ abstrahi nequeunt nisi jussu principis. Perez. C. de primipil. n. 11.

XII.

Militis transitus & inde orta damna sunt casus fortuitus, Mez. P. 2. Dec. 90. v. 4.

CAP. XXXVII.

Minæ. Verba minitantiæ.

Axioma I.

Minæ, à potentibus factæ, dicuntur formidabiles, gloss. Barr. Bald. Cast. Salicet. & communiter Dd. in l. metum 9. ad verb. jactationibus. C. de iis quæ vi metusve causâ, Jason. in l. Titia. num. 8. de V. O. Canonistæ in cap. ex literis de spons. impub. Clem. Pastor. alis. dore judicat. Fab. in l. ad individuum. num. 5. & 6. C. de his quæ vi metusve causâ. Unde & solum terribilem & iratum vultum judicis justum metum incutere dixit Bald. in cap. 1. §. injuria de pac. jur. am. firm. & judicis minas esse causam sufficientem ad alibi appellandum, ex Archidia. in cap.